publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosum Stephanum Winnicki, Tum Nobilem Joannem Manasterski coniunctim posteros de Causa et actione Judiciaria per eundem suprascriptum Generosum Tribunal Terrae Sanocen[sis], ijsdem Generoso Stephano Winnicki et Nobili Joanni Manasterski ratione per ipsos et quidem Generosum Stephanum Winnicki pro tunc Contributionis quinduplicis Terrae Przemyslien[sis] Exactorem post acceptam Summam et realiter levatam quae et quanta in exolutionem eiusdem Contributionis Quinduplicis de bonis Advocatiae Stare Miasto Sacrae Regiae Maiestatis ad Thesaurum Solui et importari proveniebat et post extraditas iam eo nomine Quietationes in eadem Bona Tenutae sui Recognoscentis, suprascripti Nobilis Joannis Manasterski Succollectoris ipsius cum certis hominibus ad Executionem illegitimam adscitis supercommissionis, Curiae in praefatae Advocatiae bonis sitae Inequitationis bonum receptionis, aliarumque rerum et Iniuriarum illationis, quae sua Causa istius suo in Tenore de praemissis latior, ad quodvis Judicium et Officium Regni instituta et intentata, et in quovis puncto et gradu Iuris dependen[s], Tum de quibusvis Protestationibus, atque poenis quibusvis Bannitionum in quovis Judicio et Officio Regni ratione suprascriptorum obtentis, earumque publicationibus, ob praestitam sufficientem et plenariam satisfactionem Quietat, emittit, dimittit, liberosque et absolutos perpetuo pronuntiat, Causam eandem et actionem Judiciariam Tum Protestationes quasvis, atque Poenas Bannitionum earumque publicationes in toto et per omnia Cassat mortificat et annihilat sibi Suisque posteris Ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium salva nihilominus suprascripto Generoso Stephano Winnicki ratione suprascriptorum, item et aliarum praetensionum in processu Causae eiusdem specificatarum, cum eodem supradicto Nobili Joanne Manasterski pro tunc Succollectore Iure agendi via plena in robore reservata.

Feria Sexta ante Festum =

Omnium Sanctorum proxima
Anno Domini Millesimo Sex- 30/X
centesimo Septuagesimo Primo
G. Ratynski Regens Cancel-
lariae Psen Rosteckiemu Cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capita-
nealibus Praemysliensibus Generosus Michael Casimirus Ratynski Regens Can-
cellariae Castri Praemysliensis sanus mente et corpore existens, a terris, Di- 1057
strictibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et compe-
tentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Ju-
risdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo
palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni
et integro Jure suo infrascripto, nimirum de summa Ducentorum Quin-
quaginta florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti Decreto Officii prae-
sentis in Terminis Decretatorum seu Causarum Officii, feria Tertia post festum
Sancti Lucae Evangelistae proxime praeteriti proxima in Castro Praesenti Praemy-
sliensi celebratis, inter se Recognoscentem et Famatum Petrum Buchalak Civem
et Incolam Praemysliensem parte ab altera ratione summae suprascriptae lato
adiudicati, nec non de eodem ipso Decreto Castrensi Praemysliensi suo in
Tenore de praemissis Actioni cum omni praemissorum Jure proprietate Compe-
tentiaque et praerogativa quavis, omnibusque et singulis Decreti praefati
Conditionibus, punctis clausulis, Ligamentis ac nexibus generaliter uni-
versis, summa quoque memorata Ducentorum Quinquaginta flo-
renorum Polonicalium Utilitatibus, fructibus, commodis, emolumentis
obventionibus, attinentiisque et pertinentiis generaliter universis, nihil
ex praemissis Juris proprietatis, ac Cuiusvis Competentiae et Praerogativae

se Reservando

2438

pro se Regnis suisq Successoribus aut alio quopiam reservando

seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula ipsummet

Recognoscentem concernebant ac eidem legitime serviebant, Damno

exuere et de facto Generoso Francisco Dunin Rostecki cuius post

Capta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfa-

ctione] Cessit et condescendit, prout cedit et condescendit praesentis.

Omneq et integrum Ius suum sibi ad praemissa servienis, in personam

eiusdem Generosi Francisci Dunin Rostecki Cessionarij sui et ipsius suc-

cessorum totaliter et plenarie, transtulit, transfudit et incorporavit,

prout transfert transfundit et incorporat praesentis. Per ipsum Dno-

sum Rostecki Cessionarium suum et ipsius successores hoc idem Ius

praesentis Cessum summamq suprascriptam praesentis per se Recogno-

scentem abscessam cum universis ipsis utilitatibus et usufructi-

bus, Competentiaq et praerogativa quavis tenendi, habendi et pos-

sidendi illisq quiete et pacifice utifruendi, summam praefatam

Ducentorum florenorum poloni per se Regnum transfusam tollendi

levandi et percipiendi, de levata et percepta quietandi, pro eadem

si non fuerit persoluta Iure agendi. Processus quosvis Iudiciarios

instituendi ac inchoandi, et ad debitum executionis finem perdu-

cendi praemissaq omnia tanquam sua propria ad suos et succ-

successorum quosvis beneplacitos usus fructus, libere et effectu-

aliter convertendi Iuris praefati Originalis ea omnia latius

in se complectentis praesentisq Cessi et transfusi vigore.

30/X

Feria sexta post Festum

omnium Sanctorum proxi

31/12

ma Anno Domini Millesimo